BIBLIOTECA PU...
MAHON

ÉPOCA III. LUNES, 9 DE ENERO DE 1914. NÚM. 408.

# BOLETIN OFICIAL DEL OBISPADO DE MENORCA

**Sumario.**—Motu proprio de Su Santidad y Decreto de la Sagrada Congregación de Ritos, dando una nueva disciplina litúrgica, pág. 31.—Circular del Rvdmo. Sr. Obispo, disponiendo la publicación de la Santa Bula, página 38.—Importante Decreto acerca de la incensación, pág. 41.—Nombramiento, pág. 43.—Crónica de la Diócesis, pág. 44.—Bibliografía, pág. 45.

## ACTA PII PAPA X

### *Motu Proprio de officiis divinis novo aliqua ex parte modo ordinandis.*

PIUS PP. X

Abhinc duos annos, cum Constitutionem Apostolicam ederemus *Divino afflatu*, qua id proprie spectavimus, ut, quad fieri posset, et recitatio Psalterii absolveretur intra hebdomadam, et vetera Dominicarum Officia restituerentur, Nobis quidem alia multa versabantur in animo, partim meditata, partim etiam inchoata consilia quae ad Breviarri Romani, susceptam a Nobis, emendationem pertinerent; sed ea tamen, cum ob multiplices difficultates

tunc exsequi non liceret, differre in tempus magis commodum compulsi sumus. Etenim ad compositionem Breviarii sic corrigendam ut talis exsistat, quadem volumus, id est numeris omnibus absoluta, illa opus sunt: Kalendarium Ecclesiae universalis ad pristinam revocare descriptionem et formam, salvis tamen pulcris accessionibus, quas ei mira semper Ecclesiae, Sanctorum matris, fecunditas attulerit; Scripturarum et Patrum Doctorumque idoneos locos, ad genuinam lectionem redactos, adhibere; sobrie Santorum vitas ex monumentis retractare; Liturgiae plures tractus, supervacaneis rebus expeditos, aptius disponere. Iam vero haec omnia, doctorum ac prudentum iudicio, labores desiderant cum magnos, tum diuturnos; ob eamque causam longa annorum series intercedat necesse est, antequam hoc quasi aedificium liturgicum, quod mystica Christi Sponsa, ad suam declarandam pietatem et fidem, intelligenti studio conformavit, rursus, dignatate splendidum et concinnitate, tamquam deterso squalore vetustatis, appareat.

Interea ex litteris et sermone multorum Venerabilium Fratrum cognovimus ipsis et permultis sacerdotibus esse optatissimum, ut in Breviariario una cum Psalterio nova ratione disposito suisque rubricis adsint mutationes omnes, quae ipsum novum Psalterium vel iam secutae sunt vel sequi possunt. Quod cum instanter a Nobis peterent, simul significarunt se vehementer cupere, ut et Psalterium novum usurpetur frequentius, et Officia Dominicarum serventur eo studiosius, et incommodis Officiorum translationibus occurratur, et alia quaedam quae bonum videatur mutari, mutentur. Huiusmodi Nos vota, utpote rerum veritati innixa Nostraeque admodum consentanea voluntati, grate equidem accepimus: iis autem obsecundandi nunc esse tempus arbitramur. Certiores enim facti sumus officinatores librarios, qui sacrorum Rituum Congregationi inserviunt, expectantes dum Breviarium Romanum decretorio modo ac definitivo corrigatur, in eo esse ut novam interim ipsus Breviarii editionem adornent. Hac uti occasione visum Nobis est; propterea, implorato divinae Sapientiae lumine, consultatione habita cum aliquot S. R. E. Cardinalibus, rogataque proprii cuiusdam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Consilii sententia, haec Motu Proprio statuimus, edicimus:

I. Secundum priscam Ecclesiae consuetudinem, ne facile Officia Dominicarum praetermittantur.—Itaque mullum festum, ne Domini quidem, statuatur posthac Dominicis celebrandum; ex his tamen excipiatur, ob peculiarem ipsius naturam, ea quae a die prima ad quitam Ianuarii occurrat: quam recolendo sanctissimo Nomini Jesu, propter comiunctionem quam habet cum mysterio Circuncisionis, assignamus.—Festa vero, quibus usque ad huc dies Dominica attributa erat, omnia, praeter festum sanctissimae Trinitatis, in aliam diem perpetuo transferantur.—Ne forte autem per Quadragesimam aliquod omittatur ex Dominicarum Officiis, quae mire facta sunt ad excitandam in animis christianam paenitentiam, ejus temporis secundam, tertian et quartam Dominicam ad gradum I Classis promovemus.

II. Cum recitationi Psalterii celebratio Octavarum sit impedimento, id ut rarius contingat, in posterum sola duplicia I Classis, quae Octavas integras habent, eas conservent: verum in hisce ipsis Octavis, exceptis privilegiatis, Psalmi de Feria currenti usurpentur.—Octavae autem duplicium II Classis solo Octavo die celebrentur et quidem ritu simplici.

III. Lectionibus de Scriptura ocurrenti semper adhaereant Responsoria de Tempore.

IV. Nulla, ne perpetua quidem, Festorum, quae in Ecclesia universali celebrantur, translatio fiat, nisi duplicium I et Classis.

Iam, quae hic a Nobis praescripts sunt, ea quemadmodum adduci ad effectum debeant, et quid praeterea novi non modo in Breviarium, sed etiam in Missale, quod cum illo congruat oportet, indidem emanet, sacra Rituum Congregatio, peculiaris *Comissionis* a Nobis institutae consulta sequens, propriis decretis eamdemque tum Breviarii tum Missalis novam editionem typicam faciendam curabit.

Has ipsas quidem praescriptiones volumus, statim ut hoc Motu Proprio promulgatae sint, valere. Sed tamen, ratione habile vel Kalendariorum quae iam sunt confecta

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in annum proxinum, vel temporis quod typography requirunt, sinimus eos, qui ad officium persolvendum Romano utuntur Breviario, tum e Clero saeculari tum e regulari utriusque sexus, his praescriptionibus non teneri nisi a Kalendis anni MCMXV. Qui vero aliud legitime usurpant Breviarium a Romano diversum, iis sacra Rituum Congregatio definiet intra quos terminos ad easdem praescriptiones accommodare sese debeant.

Cuilibet autem liceat comparare sibi atque ad horas canonicas recitandas etiam nunc adhibere Breviaria quae sunt in usu, dummodo tamen peculiari in libello habeat, unde Constitutioni *Divino afflatu* ac decretis quae illam subsecuta sunt, obtemperare possit, ac simul quae hoc Motu Proprio Nos statuimos et quidquid eamden in rem socra Rituum Congregatio decreverit, diligenter observet.

Atque haec omnia constituimus, edicimus, contrariis quibusvis, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXIII mesis Octobris MCMXIII, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## DECRETUM GENERALE

### SUPER MOTU PROPRIO «ABHINC DUOS ANNOS»

Cum Ssmus. Dnus. noster Pius Papa X mandaverit, ut quae Motu Proprio *Abhinc duos annos*, die 23 praesentis mensis octobris decrevit, ab hac sacra Rituum Congregatione, iuxta votum specialis Commissionis liturgicae, opportune apteque applicarentur, haec eadem S. R. C., voluntati Sanctitatis Suae, qua par est observantia, osequens, haec declaranda et statuenda censuit:

### I.—De Dominicis et Festis hucusque Dominicis diebus affixis.

1. Dominicae quaevis assignationem perpetuam cuius-

libet Festi excludunt idcirco Festa tan universalis Ecclesiae quam alicuius loci propria, quae hucusque Dominicis assignata fuerunt, celebrentur die fixa mensis qua in Martyrologio inscribuntur, si haec habeatur; secus prima die qua occurrere potest Dominica in qua hucusque celebrata sunt. Excipiuntur tamen:

*a*) Festum Ssmae. Trinitatis quod Domicae I post Pentecosten assignatum manet.

*b*) Festum Ssmi. Nominis Iesu, quod ab omnibus celebrabitur in Dominica quae occurrat a die 2 ad 5 ianuarii, et, si ea non ocurrerit vel impedita fuerit ab Officio nobiliori, die 2 eiusdem mensis.

*c*) Solemnitas S. Ioseph, Sponsi B. Mariae Virg., Conf. et Ecclesiae universalis Patroni, quae assignabitur Feriae IV ante Dominicam III post Pascha ocurrenti, et in ea cum sua integra Octava recoletur, redacto ad ritum Duplicen II classis alio Festo S. Ioseph diei 19 martii.

*d*) Festum S. Ioachim, fixe celebrandum die 16 augusti, inde in sequentem diem 17 translato Festo S. Hyacinthi.

*e*) Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, quod, seorsin ab Anniversario Dedicationis aliarum Ecclesiarum Dioecesis, in tota Dioecesi die ipsa anniversaria celebrabitur, si ea innotescat: secus alia die fixa arbitrio Episcopi, audito tamen Capitulo Cathedrali, semel pro semper designanda.

*f*) Anniversarium Dedicationis propriae Ecclesiae, quod pariter, si hucusque sua propria die a singulis Dioecesis Ecclesiis celebratum est, ipsa die celebrari pergat: si vero in tota Dioecesi vel Instituto unica die recoli consuevit Dedicatio omnium Ecclesiarum Dioeceseos, haec, extra Ecclesiam Cathedralem, in Ecclesiis consecratis tantum, non vero in allis recoli poterit, die ab Ordinario, ut supra, designanda, quae tamen alia sit a die Dedicationi Ecclesiae Cathedralis recolendae assignata. Quae item observentur de Anniversario Dedicationis omnium Ecclesiarum alicuius Ordinis seu Congregationis, quod hucusque in Dominica celebrari consueverit.

*g*) Festa Sanctorum vel Beatorum, quorum mentio non fit in Martyrologio, quae tamen celebranda sunt, iuxta Ru-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bricas, die eorum natali, si agnoscatur, dummodo per Litteras Apostolicas alius dies non fuerit assignatus.

*h)* Festa quae certis Dominicis post Pascha vel post Pentecosten affixa sunt, quae semel ab Ordinario, ut supra, assignanda erunt congruentiori Feriae infra Hebdonadam immediate praecedentem.

2. Ubi Solemnitas externa Festorum quae hucusque alicui Dominicae perpetuo affixa erant, in ipsa Dominica celebratur, de Solemnitate Festi Duplicis I classis permittuntur Missae omnes, praeter Conventualem et Parochialem, semper de Officio diei dicendas; de Solemnitate vero Festi Duplicis II classis permittitur autum unica Missa solemnitas externa Ssmi. Rosarrii, quae Dominica I octobris celebrari poterit cum omnibus Missis, praeter Conventualem et Parochialem, de Ssmo. Rosario, ut supra dictum est de Duplicibus I classis.

Omnes Missae de his Solemnitatibus in Dominica celebratis semper dicantur ut in ipso Festo de quo agitur Solemnitas, addita Oratione de Officio diei et aliis omnibus quae dicenda essent, si Festum ipsa Dominica incidisset Prohibentur tamen in omnibus Dominicis maioribus, et in aliis Dominicis in quibus fiat Officium nobilius ipso Festo cuius Solemnitas externa peragitur; sed in casu, praeterquam in Duplicimus I classis Domini Ecclesiae universalis, in omnibus Missis quae alioquin de Solemnitate externe celebrata permitterentur, addatur eius Oratio sub unica conclusione cum prima. Ubi tamen aeest obligatio Missae conventualis, non permittiur in casu alia Missa solemnis, sed Oratio de Festo exterme tantum celebrato addi poterit, uti supra, in ipsa Missa Conventuali.

3. Dominicae II, III et IV Quadragesimae, ad gradum Dominicarum I classis evectae, mulli in posterum cedent Festo, neque etiam Duplici I classis.

Dominica autem quae ocurrat die 2, 3 ve 4 ianuarii, si in ea celebrandum non sit insta Rubricas, Festum Ssmi. Nominis Iesu aut aliud Festum Domini, et dummodo de ipso Domino nulla fiat Commemoratio neque occurrens neque concurrens, commemoretur in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa, per Antiphonas, Versus et Orationes Dominicae infra Octavam Nativitatis, sed de ea nom dici-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur IX Lectio Homiliae nec legitur Evangelium in fine Missae.

Officium vero Dominicae quae post Epiphaniam, superveniente Septuagesima, vel post Pentecosten, superveniente Dominica XXIV, anticipari debet, celebretur in Sabbato praecedenti ritu Semiduplici, cum omnibus privilegiis Dominicae tam in occursu quam in concursu ad I Vesperas Omnis dicentur de Sabbato, et in I Vesperis, de Feria VI praecedenti, praeter Orationem, Lectiones, Antiphonam ad *Benedictus* et Missam propriam et post Nonam nil fit amplius de Dominica anticipata.

## II.—De Octavis.

1. Octavae Paschatis, Pentecostes, Epiphaniae, Ssmi. Corporis Christi, Nativitatis Domini et Ascensionis sunt privilegiatae, et de eis, si quando integrum faciendum non sit Officium, semper tamen fit Commemoratio in Laudibus, Missa et Vesperis. Eorum Officium integre recitatur ut in die Festo praeter ea quae suis locis adsignatur.

2. In Officio autem tum de die infra Octavam, tum de die Octava aliorum quorumlibet Duplicium I classis, etiam Domini, Antiphonae et Psalmi ad omnes Horas et Versus Nocturnorum dicantur de occurrenti hebdomadae die, et Lectionis I Nocturni, nisi habeantur propriae, vel, Lectionibus de Scriptura deficientibus, sumi debeant de Festo aut de Comuni, dicuntur cum suis Responsoriis de Tempore, ut infra dicetur. Dies autem Octava huiusmodi, etiam Domini, tam in occursu, quam in concursu, cedit cuilibet Dominicae.

3. De Octavis vero Duplicium II classis universalis Ecclesiae nihil fit nisi in die Octava, et quidem sub ritu Simplici: ita ut si occurrat in eo aliquod Officium Duplex vel Semiduplex, etiam repositum vel translatum, aut Feria maior vel Vigilia, de die Octava huiusmodi fiat tantum Commemoratio iuxta Rubricas. Festa vero Simplicia occurrentia commemorantur in Officio de die Octava: cui cedit etiam Officium S. Mariae in Sabbato, in casu omittendum.

Idem servatur de Octavis Duplicium II classis alicuius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dioecesis vel particularis Ecclesiae, quae pariter, nisi penitus omitti velint, tantum in die Octava, et sud ritu Simplici celebrandae erunt.

4. Octavae Festorum particulaium post diem Nativitatis Domini non amplius impediuntur.

5. Lectiones II et III Nocturni singulis diebus per Octavas Festorum Duplicium II classis Ecclesiae universalis hucusque assignatae, inserantur in Octavairo Romano: non vero Lectiones I Nocturni, etiam si habentur propiae.

*(Concluirá.)*

# CIRCULAR

En su dia recibimos con la debida reverencia, del Eminentísimo Sr. Cardenal Arzobispo de Toledo, Comisario Apostólico, General de la Santa Cruzada, el Sumario de las facultades, gracias é indulgencias que nuestro Santisimo Padre, León XIII, de feliz memoria, se dignó conceder a todos los fieles residentes en los reinos de España o que vinieren a ellos, para el año 1914, juntamente con las Letras que a continuación insertamos:

FRAY GREGORIO MARIA, POR LA MISERICORDIA DIVINA, DEL TÍTULO DE SAN JUAN ANTE-PORTAM-LATINAM, DE LA SANTA ROMANA IGLESIA PRESBÍTERO CARDENAL AGUIRRE, PATRIARCA DE LAS INDIAS OCCIDENTALES, ARZOBISPO DE TOLEDO, PRIMADO DE LAS ESPAÑAS, CAPELLÁN MAYOR DE S. M., VICARIO GENERAL DE LOS EJÉRCITOS NACIONALES, CABALLERO GRAN CRUZ DE LA REAL Y DISTINGUIDA ORDEN DE CARLOS III, SENADOR DEL REINO, COMISARIO GENERAL DE LA SANTA CRUZADA EN TODOS LOS DOMINIOS DE S. M. ETC., ETC.

A VOS, NUESTRO VENERABLE HERMANO EN CRISTO PADRE, EXCMO. E ILMO. SR. OBISPO DE LA DIÓCESIS DE MENORCA.

*Salud y gracia en Nuestro Señor Jesucristo.*

Por cuanto la Santidad de León XIII, de feliz memoria,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

se dignó prorrogar, con fecha quince de Septiembre de mil novecientos dos, por el tiempo de doce años, la Bula de la Santa Cruzada, y la Santidad de Pio X, que felizmente gobierna la Iglesia, con fecha veintidós de Enero de mil novecientos siete, por diez años la del Indulto Cuadragesimal, bajo las bases de que el producto de la primera se habia de destinar a las atenciones del culto divino, y el de la segunda a obras de caridad y beneficencia, y que los Sres. Obispos fuesen administradores natos, sin dependencia alguna laical, en sus respectivas diócesis.

Por tanto, daréis las disposiciones que creáis convenientes para que en vuestra Iglesia Catedral sea recibida dicha Santa Bula y publicada con la solemnidad que corresponde, a cuyo objeto os remitimos el adjunto Sumario de las facultades, Indulgencias y privilegios otorgados por aquella concesión apostólica. Asimismo dispondréis que los Sres. Curas párrocos de vuestra Diócesis hagan la predicación en el tiempo y forma que sea de costumbre, y para que las personas que nombrareis para la expendición de Sumarios y colectación de limosnas se arreglen a las instrucciones que les diereis.

La limosna que está señalada para cada clase de Sumarios es la que en los mismos se expresa, y que deben satisfacer las personas que los tomaren, según sus categorias sociales y renta de que disfruten, quedando derogados cualquier privilegio o costumbre en contrario. Por la Bula de Ilustres, *cuatro pesetas cincuenta céntimos.* Por la común de Vivos, *setenta y cinco céntimos de peseta.* Por la de Difuntos, *setenta y cinco céntimos de peseta.* Por la de Composición, *una peseta quince céntimos.* Por la de Lacticinios de primera clase, *seis pesetas setenta y cinco céntimos.* Por la de segunda clase, *dos pesetas veinticinco céntimos.* Por la de tercera clase, *una peseta quince cèntimos.* Por la de cuarta clase, *cincuenta céntimos.* Por la de Indulto cuadragesimal de primera clase, *nueve pesetas.* Por la de segunda clase, *tres pesetas.* Por la de tercera clase, *cincuenta cèntimos.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dado en Toledo a primero de Octubre de mil novecientos trece.

*El Comisario General Apostólico de la Santa Cruzada,*

† FR. GREGORIO MARIA CARDENAL AGUIRRE

*Arzobispo de Toledo.*

Por mandado de Su Emcia. Rvma.

*El Comisario General de la Santa Cruzada,*

LIC. PEDRO CADENAS Y RODRIGUEZ,

*Canónigo Secretario.*

En su consecuencia, para dar el más exacto cumplimiento al respetable documento que antecede, mandamos que la referida Bula de la Santa Cruzada sea recibida y publicada en Ntra. Santa Iglesia Catedral y Parroquias de nuestro Obispado en el dia y forma de costumbre.

Ciudadela, 2 de Febrero de 1913.

† EL OBISPO.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# Importante Decreto acerca de la Incensación

Para la mejor inteligencia del Decreto a que nos referimos conviene, ante todo, saber qué se entiende por *ductus* y qué por *ictus*, cuando de la incensación se trata. El acto de la incensación se realiza con dos movimientos: consiste el primero en elevar el incensario (después de cogido por el extremo de las cadenillas con la mano izquierda, y por cerca su cubierta con la mano derecha) hasta la parte superior del pecho, movimiento que los autores designan comúnmente con el nombre de *ductus*, de *duco, is, cere* (conducir), y el segundo consiste en dirigir el incensario (una vez elevado hasta la parte superior del pecho) hacia la persona, imágen o cosa que se inciensa, y esto es lo que se entiende por *ictus* de *ico, is, cere* (herir).

Ahora bien: cuando los Decretos de la S. C. de Ritos prescriben que la incensación, en un caso dado, debe hacerse, por ejemplo, *triplici ductu, cum duplici ictu in quolibet ductu*, debe elevarse el incensario *tres veces* hasta la parte superior del pecho y, en cada una de estas elevaciones, dirigirlo *dos veces* hacia la cosa incensada. Mas, cuando se manda que la incensación sea *unico ictu in quolibet ductu*, es que debe dirigirse *una sola vez* el incensario (después de elevado a la altura conveniente, en la forma dicha) hacia la cosa incensada.

Una de las cuestiones con más anómala diversidad debatida entre los liturgistas, ha sido la referente a la incensación: pues aunque son bien claras y terminantes las Sagradas Rúbricas en cuanto al número de incensaciones que deben hacerse en cada caso particular muy poco o nada nos dicen respecto a la forma en que deben hacerse. Por eso, todos convenian en que el Santisimo Sacramento, el Obispo, el celebrante, la Cruz del Altar, etc., debian incensarse con tres golpes (*triplici ductu*); pero habia gran divergencia al determinar si eran dobles o sencillos, *duplici ictu o unico ictu*, y asi en todos los de-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

más casos. Hubo, pues, necesidad de acudir a la Sagrada Congregación de Ritos, la cual, en efecto, hizo alguna luz sobre el asunto al expedir en 22 de Marzo de 1862 el siguiente Decreto: *Ita intelligendus est ductus duplex thuribuli quo Diaconus in Choro incensare tenetur Canonicos, ut unusquisque ductus perfici debeat duplici ictu;* y en 24 de Noviembre de 1899 decretó que la incensación del Santísimo Sacramento debia hacerse también *duplici ictu in triplici ductu,* aún dentro de la Misa solemne. Está, por tanto, resuelta la cuestión por lo que al Santísimo Sacramento y a los Canónigos se refiere; pero ¿debe decirse lo mismo, esto es, han de ser también dobles los golpes, en la incensación de la Cruz del Altar, libro de los Evangelios, Celebrante, Ministros, Beneficiados, etc.? Tal fué la consulta que se elevó a la Sagrada Comgragación de Ritos, la cual, por fin, ha contestado tan clara y terminantemente, que ya no queda lugar a duda, expidiendo el siguiente

## DECRETO

### que con el número 40572 aparece en el 6.° tomo de la novísima Colección auténtica.

Dice asi:

«Thurificatio Ssmi. Sacramenti publice expositi, et Canonicorum, perficienda est duplici ictu in quolibet ductu, juxta Decreta S. Marci, n. 3119», d. d. 22 Mart. 1862, ad 20 et Minoricen, 4048, d. d. 24 Nov. 1899 ad 9 Quaeritur ergo 1.° Utrum idem observandum sit in turificatione Crucis Altaris, sacrarum Imaginum, libri Evangeliorum ante cantum Evangelii in Missa solemni, Episcopi, Celebrantis, Ministrorum. Beneficiatorum aliorumque de Choro et Altari, iis exceptis qui non sigillatim incensantur? 2.° Perficine debent duplici ictu ductus in thurificationi Altaris et in solemni benedictione Candelarum, et Palmarum?

«Resp. Affirmative quoad primam partem; negative quoad secundam».

Quede, por tanto, establecido, de un modo oficial y terminante, que han de ser dobles *(duplici ictu in quoli-*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

*bet ductu)* los golpes con que se debe incensar, no solo al Santísimo Sacramento y a los Canónigos, según ya prescribían los DD. de 24 de Noviembre de 1898 y 22 de Marzo de 1862, antes citados, sino también a la Cruz del Altar, Sagradas Imágenes, al libro de los Evangelios en la Misa solemne, al Obispo, Celebrante, Ministros, Beneficiados, y en general a todos los que han de ser incensados por separado, tanto en el Coro como en el Altar: debiendo, en cambio, hacerse con golpes sencillos *(unico ictu in quolibe ductu)* la incensación de las Candelas, Ceciza y Palmas, según se prescribe en la segunda parte del mismo Decrito.

A. B.

(Del *B. E.* de Mondoñedo).

# NOMBRAMIENTO

El Excmó. Sr. Obispo, tuvo a bien nombrar con fecha 31 del pasado Enero Coadjutor de la Parroquia de S. Martin de Mercadad, al Rdo. Sr. D. Sebastian Fuxá Bagur, Pbro.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# CRÓNICA DE LA DIÓCESIS

***Relación** de lo recaudado para los soldados heridos en la guerra de Africa, en las iglesias y parroquias de esta Diócesis, en las misas celebradas el día 18 de Enero último.*

| | Ptas. Cénts. |
|---|---|
| Ciudadela, Catedral e iglesias . . . . . . . . | 323'90 |
| Mahón, Parroquias e iglesias . . . . . . . . | 197'70 |
| Alayor. . . . . . . . . . . . . . . . . | 47'66 |
| Villacarlos . . . . . . . . . . . . . . | 11'38 |
| San Luis . . . . . . . . . . . . . . . | 40'77 |
| San Cristóbal . . . . . . . . . . . . . | 20'08 |
| Mercadal . . . . . . . . . . . . . . . | 11'42 |
| Ferrerias . . . . . . . . . . . . . . . | 17'70 |
| San Clemente . . . . . . . . . . . . . | 18'37 |
| Total . . . . . . | 688'98 |

—

La Compañia del Santísimo Sacramento, establecida entre los alumnos del Colegio Salesiano, obsequió a S. D. M. con fervorosos actos religiosos, como terminación de la exposición de Cuarenta Horas, en la Iglesia de Maria Auxiliadora. El último dia hubo oficio solemne y sermón de circunstancias que predicó el Rdo. Lic. D. Pablo Brunet, Pbro. Director Espiritual del Seminario.

—

Igualmente la Corte Angélica de San Blas establecida en la Iglesia de las Carmelitas y el Colegio de Ntra. Sra. de la Enseñanza honraron a su Patrono y Patrona respectivamente. En aquella íglesia cantó las glorias del mártir de Sebaste el M. I. Sr. Penitenciario y en este Colegio ensalzó las virtudes de la fundadora Beata Juana de Lestonnac el M. Iltre. señor Arcipreste. En ambas iglesias asistieron numerosos devotos.

—

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

La fiesta de la Purificación de la Virgen, titular de esta Catedral, se celebró con la mayor solemnidad y esplendidez. El Excmo. Sr. Obispo, bendijo y repartió las candelas, al Ilmo. Cabildo, Clero y Ayuntamiento. La Misa fué a orquesta y ocupó la sagrada cátedra el M. I. Sr. Dr. D. Rafael Pijoan, Dignidad de Arcipreste, pronunciando un hermoso discurso sobre el misterio de la festividad del día.

—

Ayer, en la iglesia de San Agustín, se celebró la anual conferencia para los Cooperadores Salesianos. Presidió el acto el Excmo. Sr. Obispo, acompañado del M. I. Sr. Alcalde y de otras distinguidas personalidades, siendo la concurrencia muy numerosa. Fué el conferenciante el Rdo. Dr. D. Julian Massana, Director de la Casa Salesiana de San José de Barcelona. Con rasgos muy elocuentes y con vibrante expresión, trazó el Padre Massana un cuadro magnífico del orígen y desarrollo de la Obra del venerable Don Bosco, demostrando con datos estadísticos los frutos de civilización y de toda suerte de bienes que dicha Obra viene produciendo a favor de la sociedad.

Terminó tan hermoso acto con la bendiciòn dada con el Santísimo por el Rdmo. Prelado.

# BIBLIOGRAFIA

—

Escuela de perfección sacerdotal o meditaciones para los sacerdotes sobre la perfección, seguidas de catorce meditaciones sobre las siete palabras de Nuestro Señor Jesucristo y las siete de la Vírgen Santísima y la Paráfrasis mística de algunos Salmos, por José Condó y Sambeat, Pbro. Con las debidas licencias.

Un tomo de 376 páginas, tamaño 10 + 16 centímetros, 3 ptas. encuadernado en tela.

Las Sagradas Escrituras nos guardan en sus páginas divinas la ciencia de verdad y de virtud, que Dios se ha dignado hacer llegar hasta nosotros, para ilustrar nuestras pobres in-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

teligencias y con sus dardos de fuego celestial inflamar nuestros corazones. Los Santos Padres, varones ilustres por su saber y santidad excelsos, llenos de aquella ciencia sublime y divina nos legaron también otros libros, reflejo de los primeros, y que cual expertos descubridores hacen saborear sus espirituales alimentos acomodándolos más a nuestra condición y allanando la labor del perfeccionamiento de nuestras almas.

Y recogiendo las ricas perlas y pepitas de oro, como lo son las divinas palabras y paternales sentencias, el autor de la presente obra ha presentado a la ilustrada y virtuosa clase sacerdotal, un conjunto de meditaciones, que a más de la debida extensión y complemento en la materia, reunen facilidad y sencillez y un trato familiar, podremos decir, con las sublimes sentencias; que serán sin duda cual otra *Selva de materias predicables*, un arsenal para la predicación, en bien de las almas, que especialmente en nuestras grandes ciudades requieren una más ilustrada y honda preparación; y en provecho, más todavia, de los mismos sacerdotes.

No dudamos de que, conocida la obra, sabrán dispensarle el aplauso debido a su mérito, los dignos eclesiásticos y religiosos.

El ser editado en un tomo de clara impresión y buen papel, muy manual, con un precio sumamente cómodo, es lo único que podía hacer la Casa editorial para aumentar su valor.

---

En un volúmen de 156 páginas el incansable publicista Rdo. D. Federico Santamaria, sacerdote de la Diócesis de Madrid, ha publicado una nueva serie de sermones, la segunda, que con el título «Savia de la Civilización», viene publicando.

No son sermones a gusto del día, de mucho bombo y poco fruto, sino prácticos y de buen gusto. Son recomendables por la palabra persuasiva, abundante, fluida y llena de unción.

Se vende al módico precio de 3 pesetas, en casa del Autor, Madrid.

*Imp. y Lib. del Sagrado Corazón de Jesús.=Ciudadela.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte